

V  
9  
4749



K. 189

Oktober 1882.

[Wernsdorf]

14



RECTOR  
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS  
**GEORGIVS RVDOLPHVS  
BOEHMERVS**

PHIL. ET MED. DOCTOR ANAT. ET BOTAN  
PROF. PVBL. ORDINARIVS PHYS. PROVINC

*CIVIBVS ACADEMICIS*

S. P. D

ET AD SACRA S. D. N. IESV CHRISTI PASCHALIA  
RELIGIOSE CELEBRANDA

INVITAT

---

QVAEDAM IN REFORM. ECCL. DIEBVS PASCHALIBVS DICTA AC GESTA.

---



W  
R E T C S  
G E O R G I U S H A D O P H I L S  
C O M P O S I T U O N I  
C I V I C Z  
A R C H I T E C T U R A  
P R A C T I C A



RES NONVLLAE IN REFORMANDA  
ECCLESIA DIEBVS PASCHALIBVS  
DICTAE AC GESTAE

---

**E**xente proximo anno, quum religionem dierum festorum nati Iesu Christi commendaremus, admonuit nos, qui eo anno redierat, saecularis dies festus emendatae per D. Lutherum ecclesiae, institutus ille ab Ioh. Georgio **IL**, per Saxoniam electoralem, ut de diebus anniuersariis memoriae magni alicuius beneficii diuini, apud singulares ueterum Christianorum ecclesias dicatis nonnihil conscriberemus. <sup>a)</sup> Nunc libuit nobis ad rerum in ecclesia emendanda gestarum historiam delatis, in ea paullisper commorari. Nam etsi praeclaris ueterum Christianorum rebus cognoscendis magno studio et dedimus operam semper, et adhuc damus; admirationem tamen iniiciunt nobis quae reformationis historia praeberet, exempla heroismi tum Principum, tum euangelii restauratorum ac propagatorum, quot et quanta uix antiquitas habet, siue plenum fidei pectus et rerum humanarum despiciantiam, siue inuictam constantiam aliasque virtutes heroicas spectes: ut clare adpareat, Deum saeculo illi uasa et instrumenta maxime idonea electa et quasi reseruata ad tantum negotium concessisse. Neque ulla est alia historiae pars, a primis conditae ac stabilitae religionis christiana temporibus ad hanc usque nostram aetatem, quae illustribus exemplis bonitatis ac potentiae Dei prouidentis omnia, et gubernantis ac fidei robore munientis piorum animos, ditior atque

A 2

atque

<sup>a)</sup> *Progr. de uet. eccl. diebus festis anniuersariis liberationis a periculo.*  
*F. Natiuit. 1767. P. P.*

#### IV RES NONNVLLAE IN REFORM. ECCL.

atque abundantior sit, quam ista.<sup>b)</sup> Qui nuper de rebus Protestantium in Germania coepit scribere, non historico modo, uere ac diligenter, sed declamatorio, inuidiose ac petulanter, negotium hoc ecclesiae repurgandae totum prae gloriae studio et habendi cupiditate uult uideri et suscepturn et gestum esse. Atqui summam is ubique incitiam prodit, et monumentorum ad reformationis historiam pertinentium, et ipsius, quam profiteri se ait, religionis, atque insuper etiam quamplurimos ex Mandeuillio aliisque Deistis impudenter aut stulte haustos errores litterarios adfert. Et non merito exagitetur tam foedus in re tanta calumniator?<sup>c)</sup>

Ex omnibus rebus, quae ad partem aliquam *ecclesiasticae reformationis* pertinent, quaeque bonam caussam aliquo modo adiuuerunt ac prosperarunt, uisum nobis est hoc tempore, quo

CIVIVM

b) Intelliges hoc praecipue ex praestantissimo nec satis unquam laudando S. V. C. W. FRANC. WALCHII libro: *Geschichte der evangel. luther. Religion als ein Beweis dass sie die wahre sey*, Ienae 1753. edito. ubi per totum librum testibus idoneis omnia ita corroborare habes, ut de hac re dubitare neqneas, in primis eidem si adiunxeris 10. RVD. KIESLINGI S. R. Viri erudite et grauiter scriptum librum: *Beweis der Wahheit der Evang. Luth. Religion aus den Kunstgriffen der Röm. Cathol. Kirchen ihre Religion zu verbreiten*. Lipsi. 1762. in 8. Peraeute quoque et pie satis hoc demonstrat, CHR. AVG. SALIG. in Praefatione T. I. der vollstaendigen Historie der Augsp. Confession praemissa, quae ea ipsa est, cuius lectionem nouissimo Hist. Prostetane. Scriptori fanatico, ut in ordinem reductus saperet, publice

et serio commendandam censuit is, qui eidem libellum opponens, sub litteris D. G. S. latere uoluit.

c) Quae Gortingen. Nou. litter. an. 1767. Partic. 149. et Ephemer. theol. Gedim. Part. 51. et 52. monuerunt, notiora sunt, quam a me ut iam repetantur. Erunt, quae ibi habes, iudicia documenta, me neque in hoc nec antecedenti Progr. iniuriam facere novae historiae conditor, cuius studium, intemperans, in denudandis uitiiis et maculis clarorum in reformanda ecclesia uirorum adeo stomachum mouit Amico cuidam, hoc ut Epigramma ad me transmitteret.

*Haufenium historicum castos piger esse pudendum*

*Qui chartis pingit sola pudenda suis  
Nulla Dei benefacta uides, praelara virorum*

*Lumina nulla uider, sola pudenda uider,  
Inspicienda*

## DIEBVS PASCHALIBVS DICTAE AC GESTAE. V

CIVIVM NOSTRORVM pietas ad concelebrandam MEMORIAM  
PASCHALEM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI esset inuitanda,  
proponere iis ad cognoscendum eas, quae diuersis annis per  
dies festos paschales dictae ac gestae, monumentis fide dignissimis  
consignatae legerentur.

Ac primo quidem illam rem commemorabimus, quae acci-  
dit anno n. MDXXII. Paschatos feria secunda: nihil ea re ne-  
que conuenientius laetitiae sanctitarique paschali, neque similius  
veteri Christianorum disciplinae, quorum consuetudo fuit  
in festivitate paschali omnia facere, ut in gratiam cum inimicis  
redirent. Eo die Lutherus Carolostadium collegam blande ad-  
locutus, ab eo impetravit, ut persante promitteret, se nullis  
scriptionibus esse ipsius doctrinam amplius oppugnaturum. Rem  
totam narrat ipse LVTHERVS in Epistola ad Spalatinum Feria II.

A 3

Pasch.

Inspectienda sibi data credit ubique pudenda,  
Quaeque pudenda haud sunt, ipse pudend  
da facit.  
Et contra humani generis nostræ monstra  
pudenda,  
Laudibus obstreperis absque pudore  
crepar  
Quamquam res uestris est, quemuis sua  
babere pudenda  
Is ramen ad quemuis, res noua! clar  
mor, baber.  
Hausenio quaecunque feras placitura  
puella

Hunc Actaeona tu, si pudibunda caue.  
Non virilite tua nec delectabitur ore,  
Nec uerfe, at furtum uolts huare uoleat.  
Spurce pudendorum Speculator, desine  
probra.

Aut fellatorum more deinde zace.  
Ceterum miror Lemnii in Lutherum  
epigrammatu ex eius libro Epigr. ter  
tio itidem non esse denuo publicata, aut

Poeta lasciu Monachopornomachiam  
L. Pisei Iuuenalis nomine scriptam, Apo  
logiae istius Lemnii adiecit, ab eo, qui  
quaecunque gloriae Lutheri fraudi esse  
poterant, studiose collecta attulit. Sunt  
enim ea omnia uno volumine Lemnia  
ni operis comprehensa in academiae  
nostræ bibliotheca, ex qua Apologiam  
se accepisse gloriatetur. Habes in isto  
unius pollicis spissâ volumine octonis,  
Epigrammatum libros tres cum Querela  
ad Albertum Moguinum. anno in fronte  
1538. sine loco tamem impressionis.  
In ea autem Epigrammatum editione  
quae octonis Vitebergæ prodiit, duo  
prioris libri tantum habentur. Se  
quitur Lutii Pisei Iuuenalis Monac  
hobornomachia detestabile castis et christia  
nis auribus carmen. Denique Lemnii  
Elegia in commendationem Homeri de bel  
lo Troiano en. 1539. Ultimo Apologia  
eiusdem impressa Coloniae apud Joh  
Gymnicum

VI RES NONVLLAE IN REFORM. ECCL.

Pasch. d. a. scripta: <sup>d)</sup> Ego hodie supplex Carlstadum oraui priuatim, ne quid contra me ederet, alioquin cogerer, licet inuitus mutuis carnibus congredi. At homo nihil contra me scribere sese, pene sancte deierat, quanquam sexterniones aliud loquantur, qui iam sub manu Rectoris et Iudicium cognoscuntur. Agunt ut uel reuocet uel premet libellum quod non urgeo. Neque enim Satanam timeo, neque Carlstadum. Est item alia eiusdem Lutheri ad eundum Spalatinum epistola, <sup>e)</sup> quae ipsius non modo litigandi fugam et simultatis odium, sed etiam gratam et propensam erga Promotorem suum uoluntatem et animum pacis et concordiae studiosissimum tam clare

Gymnicum ad picto signo: *Dicite iustitiam moniti.* Quam quia editor recuendam curauit mutilam, scipisci praeterito anno, uix ea cautione opus fuisse, quod de innocentia Lutheri in iis, quae a Lemnio ei criminis daatur, ita constat, ut historiolae de tomfore Lutheri omissae, de cynipollinctorre, sine offensa de plano ab omnibus legi possent.

<sup>d)</sup> Tomo II. *Epistolar.* Lutheri a IOH. AVRIFABRO Isleibia edit. p. 68. b. quae est epistola CXL. germ. translat. in Append. T. XV. editionis Opp. Luth. Walchiolahens.

<sup>e)</sup> Scripta est an. 1525. et germ. legitur in Append. T. XV. opp. Luth. Hal. p. 251. Ich habe an Carlstadten geschrieben in solcher Hoffnung, daß wir zusammen kaemen, und von Friede handeln, wenn Christus will. Idem ad Io. Hessum eodem anno scribit: de Carlstadten nondum desperauit T. II. Coll. Aurif. p. 295. b. cum quo et ad nuptias Linci uenturus fuisset eo tempore, si Andreas fuisset domi. ibid. pag. 130. b. Cuius generis haud pauca inuenies in aliis eiusdem ad WEN. LINCVN Epistolis, quarum Codex

MSt. an. 1553. scriptus, forma 8. apud me est, isque ipse quem b. VERPOORTENIVS a Caenlio Viteberga ad se transmissum scribit, editorus Variorum ad WEN. LINCVN Epistolas in Praefat. Sacris superioris arari Analeclis Coburgi 1708. in 8. ed. praemissa. Habes in isto Codice: Lutheri Sermonem in 1 Ioh V. 4. quem itidem litteratissimus Theologus ille iisdem in Analeclis ex eodem edidit; habes ibidem haud paucas Theologorum Viteb. explicationes dictorum Scr. S. ex scholis ipsorum a Compilatore collectas, u. c. Pomerani in 1 Pet. III. Praedicavit Spiritibus, qui erant in carcere. Nec desiderabis Poemata collecta varia Philippi, Stigeli, Maioris alia. Erat enim in colligendis eiusmodi MSt. assiduus b. Pater meus, de cuius Collectione Epistolarum Lutheri, quas editurus erat, mentionem feci in Progr. an. 1764. in locum quendam Ignatii Antioch. P. P. et ante me iam scriperat Io. Alb. Fabricius. Quae autem huius Collectionis sit ratio, data hac occasione paulo plenius exponam. Continetur autem illa duobus voluminibus In primo

DIEBVS PASCHALIBVS DICTAE AC GESTAE. VII

clare testatur, ut non habeant reformatae ecclesiae doctores, f)  
ex quibus nominatim hic adpellandus est IOH. DAN. ab HOVEN<sup>2)</sup>  
cur omnem dissidii culpam in Lutherum coniciant, eiusque ri-  
xandi cupiditatem et irae uehementiam aduscident, cuius impe-  
tum atque aetsum collega et idem aemulus nullo modo ferre  
potuerit.

Satis constat, quo tempore in Pathmo sua latitabat Lu-  
therus, Carolostadium nouis et acrioribus modis ecclesiam re-  
formare orsum, uelut alterum Leonem Isaurum in imagines  
praecipue

primo habentur Epistole 92, quae chartis diuersae forme uel a Patre meo ipso, uel ab amicis descriptae et ad illum transmissae, secundum se-  
riam annorum quibus eae datae, dispo-  
sitae compactaque sunt. In margine plerumque notatum est unde, et a quo accepiterit, u. c. Haec Du. Beyschlag Sueno Hal. communicavit. it. ex auto-  
grapho descriptum, ex Archivo Sleſtii-  
censi. Adnotatum quoque est, quae ex his in Opp. Lutheri, in Buddeana Collectione iam edita, adscriptis diuersis lectionibus. Alterum volumen satis antiquum est formae magnae opus; 130. foliorum, res ab an. 1516. usque ad annum 1543. a Luther, Spalatio-  
no, Melanchton, Iona, aliis, ad emen-  
dandum ecclesiam per epistolas gestas complectens, et viuo adhuc Luther scriptus esse uideretur codex, ex parte etiam mutilus. Neque tamen solas horum epistolas, sed etiam alia docu-  
menta eius aetatis publica, praecipue ad Augustana comitis pertinientia, is complectitur a Coelstino, Chyraeo, aliis, publicata, quaeque ob diuersam lectionem aliquem subinde usum pre-

stare possent. Vedit eum et adhibuit b. Loescherus in Actis Reformat. nec pauca ex eodem descripta b. Pa-  
ter meus *Nou antiquis theolog. symbola* conferens, iisdem inferri iussit.

f) Lutherum et nostrates ab his reformatae ecclesiae doctorum, Em-  
denium praecipue, ad cussionibus de-  
fendit V. E. LOESCHERVS in His-  
torium Zwischen den Evangel. Lub.  
und Reformirten p. 44.

g) In der pragmatischen Frieden-  
geschichte der Evangelischen Kirche in  
Deutschland Lengouiae 1756. in 8. ed.  
Part. I. p. 114. scribi uelut alter Loe-  
nius: Sie waren in der Haupsache einig,  
nur wollte Luther als ein Mensch ein  
wenig geschiickt seyn. Haette aber  
Luther nicht aus gleichem Tone mit Carl-  
stadien, als seinen Meister und aeltern  
Collegen, deswegen handeln moegen, zu-  
mal da ihm dessen Schwaeche wohl bewuert  
war? Sollte dieses nicht mehr Eingang  
gefunden haben, als daß man fogleich die  
Canzel bestieg, einen alten Lehrmeister so  
gar in der besten Sasbe, ich meyne die  
Ab schaffung der Messe und Ausbeilung  
beyder Gestalten, öffentlich zadelte und  
die

## VIII RES NONNVLLAE IN REFORM. ECCL.

praecipue saeuisse. Facto plebis tumultu, fracta simulacra atque ex templo eiusa.<sup>4)</sup> Ad quam licentiam compescendam relicta Wartburgo Vitebergam quum aduolasset Lutherus, et octies habitis contra Carolostadium concionibus docuisse, nihil ui, omnia uerbis experienda esse, Carolostadius iniuriam sibi factam conquerens, defensurus cauillam suam, scribere aduersus

Luthe-

die durch einmütigen Vergleich bestätigte Ordnung cassire. Quid iniqui in hac narratione sit, de eo iam monui in Progr. de Sacerdote lat. ling. ad altare canillante. Pergit p. 116. Luthers Gesinnungen gegen Carlstadtum sind am deutlichsten menu er schreibt: *Der Satan sey ihm in seine Herde gefallen, welchem er nicht mit Schweißen abhelfen koenue. War Carlstadt ein Satan, da er doch an dessen Lehre nichts zu radein fand.* — — Luther erklärte Carlstadtum für einen Lügen- und Rottengeist, und wendete sich an den jungen Herzog Iob. Friedrich, welchen er gegen Carlstadt gaenzlich eingenommen und durch seine Freude es dabin gebracht hatte, daß Carlstadtus Blücher gegen Luther aus der Druckerey genommen und ihm zu schreiben und zu predigen verboten ward — — Luther bröckte die Alstaedtische und Wittens, Sache unter einander um Carlstadt desto verbüsster zu machen. Dadurch geriet dieser bis hin ansehnliche und ehregeitzige Mann mehr und mehr in Verachtrung, je mehr Luthers von neuen aufgebende Sonne an dem Wittens Horizont in die Höhe stieg. Dieses war diesem schwächeren Geist unerträglich, weil er die Wankelmüthigkeit sowohl des Volks als seiner Collegen nicht mit Gleichgültigkeit überwinden konnte etc. p. 118. Sed narrationem hanc et iniquiorem paulo, et a partium studio non alienam esse,

quum ipius Lutheri ad Spalatinum verba commonstrant, iam adscripta, tum ea, quae SECKENDOREIUS Hist. Luther. L. I. §. 123. p. 476. habet et LOESCHERVS l. l.

b) Memorat G. ARNOLDVS H. E. et Haereti Carolostadium praeuissile populo, ipsimque securi percussisse quasdam imagines, quales non ignoramus in hac nostra ciuitate quandam fuisse ostensas tanquam ab ipso Andrea frictas, et postmodo publice restitutas. Sed quia hoc refert sine teste, CHYTRÆO adsentimus, eum imagines et statuas ex templo parochiali a vulgo extirhari curasse, scribenti Saxon. L. VIII. p. 251. licet aliter sentiat I. F. MAYER in diss. de Carolostadio. Solide conficpta est Vita, quam DAN. GERDES Miscell. Groning. neu. T. I. P. I. dedit. ut dolesmus non ultra an. 1522. procedere, conferri tamen poterunt Auctores de rebus Carolostadii adducti a FABRICIO Centifil. Luther. Vol. I. p. 89. Ceterum uideat I. D. a HOVEN, ne orbitam excusaturs Carolostadium; cuius merita in reformanda ecclesia, abroganda missa, eaque latina, atque alia non negamus, potius in Progr. Fest. Natiuit. 1761. P. P. ut par est, prædicauimus, eius enim secundum iconoclasticum cum symbolica et heroica Lutheri, codicem Iuris pontificij publice comburentis, actione contendens, scribit

Lutherum instituit.<sup>i)</sup> Exarsit igitur contentio, quae irreparabile damnum euangelii doctrinae attulisset, nisi eam sedasset mirabilis quidam casus, qui satis ostenderet, non potuisse inter illos Theologos unquam conuenire. Sed ea de re nunc non est locus dicendi.<sup>k)</sup>

## Alteria

bit l. 4. p. 102. Sie werden beyde einander nīt viel vorzumerßen haben. Jener stürzte die paelstl. Geferze, dieser die paelstl. Bilder. Beyde tharen es ohne Fürstl. Befehl. Wer war hier der Verwegenste?

i) Octo sermones Lutheri a Dom. Inuocavit singulis diebus per ostendum motibus Carolostadii oppositos habet T. XX. Opp. Luth. Halens edit. ab initio. Carolostadii autem scripta in Lutherum dijudicat, LOESCHERVS Hift. notuum P. I. p. 35. it. SALIG. Hift. A. C. T. I. p. 93.

k) Non una res erat propter quam dissentiebant inter se hi Theologi, nec inter eos conuenire poterat. Adcurate eas, et multo cum lectionis adparatu recenset Vener. I. G. WALCHIVS in introductione hift. ad controveras Lutberi cum Sacramentariis praemissa ea T. XX. Opp. Luth. Halens. Praecipue discrepabant in Artic. de S. Coena. Est in Collectione MSt. quae apud me sunt, prolixa Lutberi Epistola Carolostadii eo in articulo sententiae opposita, cuius is, qui apographum curauit, titulum fecit: *Lutberi Epistola elenctica ad Carlstadium adiscitque: uiderur scripta an. 1523.* nam annus et dies adiectus non est. Cuius epistole sat memorabilis, iustum, quia non occurret ea in Halensi Opp. Luth. editione

iure locupletissima, nec iam otium est disquirere an aliunde iam edita proster, ut ex aliis, forte haec legentibus, rem cognoscam, hac data occasione adscribam: *Gratiā et Pacem in Christo. Speraueram reproducturum argumentum, mi Caroloſtadi, quod me moueret aut mouisset ad tuam opinionem.* Sed isto commentario tuo super uerbum dedit, intelligo, te argumenta potius exquirere, et omni arte et ui extorquere ex Syllabis et litteris, quod aliud nihil esse potest, quam quod data opera lucem fugias. Nam quis finis erit disputandi, si sic pergas syllabas uiolenter mungere et pungere. Cur non portus ad rem accedis. Breuiter me accipe, clarissime enim dicam. Duo sunt in ista causa proposita nempe uerba et res. De uerbis est quæſtio an demonſtrari possit ea debet aliter accipi quam ſonant. De re est qu. an corpus Christi in Coena deut corporaliter eredatur. etc. Frustra es, si putas, hanc epistolam effe illa ex collectione de qua superiorius dixi. Inserta enim est alii Manuscriptorum volumini, satis spacio formæ magna, quod varios Lutheri et coaeuorum Theologorum libellos, aliaque multa ad res eius temporis ecclieſiae ſpectantia in ſe comprehendit, collector g. de WEISSEN Consilio Bornifico, et in conquirendis eiusmodi documentis indefeffo, qui illud cum multis aliis eius generis voluminibus b. Patri meo dono

X RES NONNVLLAE IN REFORM. ECCL.

Altera res ad quam narrandam progredimur, contigit anno n. Chr. MDXXIV. feria Paschali tertia: <sup>1)</sup>) quo die Iohannes Episc. Misnensis ad Fridericum Electorem litteras dedit, quibus ab eo idem, quod octiduo ante Georgius Dux, petret, ut Hadriani VI. Pontif. Rom. de Bennone Episcopo Misneni inter sanctos relato constitutionem <sup>2)</sup>) Vitebergae, Torgauiae, atque in reliquis ditionis suae urbibus, publice adfigi iuberet, atque huius noui Deastri, pescem cum ecclesiae suae clavibus, quas ille deglutiuerit, manu tenentis, <sup>3)</sup>) religionem et cultum populo

dono dedit. Videtur tamen in colligendis his documentis partem habuisse, celeberrimus ille et eiusmodi rerum indagator felicissimus MART. FRID. SELDELIVS itidem *Consiliarius Brandenburg.* cuius studio uolumina quae collecta sunt, ex bibliotheca Boerneriana p. 126. *Carol. biblioth. Boern.* in electoralem Dresensem uenerunt. Is enim *Seidelius* meo in codice, de aliquot MSt. testimoniorum adseripit et notauit e. gr. pag. 49. ubi Lutheri iudicium de diuortio regis Anglorum habetur a. 1535. scriptum, haec: *Est manus Nic. Amsdorfi Episc. Numb. Lutberi singularis amicti scriptam M. F. Seidell mpp.* Iuuabit in praesenti ex LXX. qui volumini insunt libellis, quaedam indicare. Ita habentur uaria exegistica, dogmatica, casuaria ex Lutheri et Philippi praelectionibus. *Lutberi Epist. uel Praef.* qua se ob Stili acerbitatem excusat. 1) Epist. *Murbachii* de patrinis, it. *Til. Hesbusii* et alior. Theolog. de eodem argumento consilium. 2) *Lutberus contra bigamiam Philippi Hassiaci* 3) *Amsdorf* quod impium sit petere promotionem ab episcopis catholicis, *ipsa eius manus.* *Eiusdem* iudicium de scriptis Luth.

contemporaneorum: 4) *M. Flacii* epist. ad Principem, quandam de controversiis. *Ipsa Illyrici manus.* 5) *Oratio Sigelii:* de orig. et usu sermonis 6) de uocabulo necessitatibus. 7) *Iuslus Meinius* de iustificatione. 8) *Phil. Melant.* litterae ad Philippum *Duceus* Pomer. 9) *Discursus de concilio Mantuan.* 10) *Epist. Coelestini ad Illyricum.* 11) *Bugenb.* res eccles. Pomer. lectu difficultis ipsius manus 12) *Hift.* brevis Colloq. Torun. per *Achat.* Bar. de *Dohna* 13) *Hift. I. Fincii Conciliorum.* aul. Alberti Pruss. 1567. 14) *Acta reform.* f. *Ioach. II.* Elect. Brandenb. eiusque scriptum: *de rerimendis canilenis in ecclesia orthodoxa usitatis.*

1) 10 H. SEB. MULLER *Annuales des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen* p. 77. Addebat episcopus in litteris ad Electorem Ducem, sollemnitatem elevationis die post festo Viti futuram, quiferat XVII. Cal. Jun. quo etiam peractam illam referat GEORG. FABRICIUS *Annal. Misn.* L. 3. p. 83. hoc cum epiphonemate: *Aliis religioni res fuit aliis ioco et rifi.*

2) Habetur haec constitutio Hadriani VI. P. R. sive bulla canonisationis in

populo imperaret. Qua occasione impulsus Lutherus edidit libellum  
*Vom neuen Abgott und alten Teufel der zu Meissen soll erhaben werden:*<sup>o)</sup>  
 quo libello totam illam fraudis et superstitionis disciplinam, quam  
 otiosa et in excogitandis ad plebem fallendam crepundiis inge-  
 niosa monachorum natio tantopere alebat, oppugnatam euertit,  
 doctrinamque ueram et castam de solo Deo colendo atque in-  
 uocando proposuit. Quae res, dici non potest, quantum ua-  
 luerit ad torius rei sacrae instauracionem et adiuuandam et com-  
 mendandam.<sup>p)</sup>

## B 2

Itaque

IN IUSTI FONTANINI Codice Confi-  
 tut, quas P. P. R. in Caenofat. SS. edide-  
 runt. Romae 1729. in fol. ed. p. 212.  
 ubi Henricus Pius Sax. Dux iis quoque  
 adnumeratur, qui eam canonisationem  
 a Pontifice precibus efflagitauerint, si-  
 de forte eadem, qua in *Bulla canonisa-*  
*tionis Iob. Nepomuceni a Benedicto XIII.*  
 inter expertentes eius canonisationem  
 Frider. Aug. Rex Pol. refertur, in *Con-*  
*siliozione apud eundem FONTANI-*  
*NVM p. 634.* Ceterum *Bulla* in uer-  
 naculam nostram translata, legitur  
 T. XV. Opp. Luth. editionis Hal.  
 pag. 2756. et data est Romae d. 31 Mai.  
 An. 1523.

n) Simulacrum eius, formae mino-  
 ris in aes incisum habes in fronte lib-  
 belli MART. HEIDENREICHII de  
*Vita Bennonis* Lips. 1694. in g. ed. ma-  
 ioris formae uero conspicitur apud  
 MENCKENIVM *Scriptor Rer. German.*  
 T. II. p. 1824. qui eidem scripta uaria  
 de Bennone imprimit MIER. EMSERI  
 Commentarium de *vita et miraculis D.*  
*Bennonis Mis.* Ep. Lips. 1512. editum,  
 cum notis Henschenii et Papebrochii  
 ex Actis SS. Antwerpientibus mens.  
 lun. T. 3. inseri curauit. vide quoque

SCHOETTGENII *Hist. v. Wurzen*  
 p. 96. et 10. CONR. KNAUTH *Hist.*  
*Vorstellung v. Altenzella* P. 2. Pis-  
 cem cum clauibus ecclesiae manu te-  
 nens ideo depingitur Benno, quia in-  
 ter *miracula*, quae *Diploma Pontificis*  
 recitat ab ipso tanquam patrata, nar-  
 ratur etiam hoc, quod claves ecclesiae,  
 imperatori eiusque legatis oculae, in  
 Albim proiecerit, quae postea in pisces  
 uentre repertae et Episcopo restituta  
 fuerint.

o) T. XV. Opp. Luth. Hal. ed. p.  
 2772. Potiora eius disputationis  
 recenter SECKENDORFIVS *Hist. Lu-*  
*theranisni* L. I. p. 285. it. 10. HEN.  
 MAIVS *Hist. Reform.* p. 146.

p) Lutherus enim plane reiecit eius-  
 modi Sanctorum uenerationem, do-  
 cuitque facros libros de Sanctis in cae-  
 lo uel parum uel nihil tradere, de  
 Sanctis uero in terra quae habeant, ea  
 longe alio sensu esse accipienda. Eos  
 deinceps facrorum librorum locos qui-  
 bus Pontifici pro laude et cultu San-  
 ctorum abuti soleant a peruerso sensu  
 liberans, ostendit, manifestum esse,  
 quod per tales sanctorum exaltationem  
 fiducia hominum in Dei gratiam et  
 Chri-

XII RES NONNVLLAE IN REFORM. ECCL.

Itaque illa Bennonis apotheosis argumento esse potest admirabilium diuinæ prouidentiae consiliorum, quae quo tempore homines ex crassissimis errorum tenebris et horrenda mendaciorum iniuitate liberandi, atque ad solius Dei cultum reuocandi essent, rem fieri permisiterat, qua clarissime pateret, quot et quantis fraudibus miseram plebem sedis romanae improbitas circumuentam deluderet. Nam facillimum Luthero fuit ostendere <sup>1)</sup> nihil Bennonem pro fidei doctrina egisse, studuisse non Dei gloriae, sed pessimi Papae Hildebrandi, sive Gregorii VII., qui Germanos in Caesarem armasset, plurimumque innoxii sanguinis hausisset, opibus augendis et diuitiis cumulandis, emicuisse perfidia in Imperat. Henricum III.; nullam denique rem magnam laudabilem fecisse: ideoque falsissimum, quod in Bulla inter eius laudes diceretur, *diuinam uirtutem diuino homini communicatam.* <sup>2)</sup> Est igitur illa Episcopi Misnensis ad Saxonem Electorem epistola maxime memorabilis, tum quod proximam causam praebuit sanioris doctrinae de suo quasi exilio reducenda, tum quod Benno, cuius illa sanctificationem publicari ueller, ridiculis miraculis suis ultimus factitiorum sanctorum fuit, quem terra Misnica coleret. <sup>3)</sup>

Quae tertia res est, ea satis longo tempore post, anno Chr. MDXXXVIII, imminentे Paschate, uelut aurora euangelicae

Christum corrut, ac in caelitum merita ac interpellationes uertatur. Mire igitur haec res uiam pandebat saniori doctrinae de cultu et invocatione Sanctorum postmodo Aug. Confess. Artic. XXI comprehensae u. *Maium* H. R. l. l.

q) Scripto supra alleg. cui quamquam memorante Seckendorfio l. l. aliud opposuit et magna acerbitate respondit *Emserus* inanes tamen nugas egit.

r) Quae enim ex *impresso* Romae 1521. apud MENCENIVM l. l. p. 1880. leguntur eius miracula, filii crassoris fabulae sunt, quod albim fisco

transfierit pede, uinum ex aqua fecerit, uno tempore in duobus locis missas celebrauerit. Marchioni alapam infilient mortem post annum praedixerit, sequuto euentu, et quae eius generis sunt alia.

s) Adfirmauerat quidem EMSERVUS eit. lib. quem Lutheru opposuerat, Bennoni cultum et sollemnitatem futuram perpetuam, et nescio quae alia uaticinatus fuerat; mox tamen ista omnia, mortuo Georgio Duce, in uentum et fumum abierunt. Postquam enim an. 1539. Henricus Sax. Dux reformatio-

DIEBVS PASCHALIBVS DICTAE AC GESTAE. XIII

gelicae lucis per Misniam latius laetiusque diffundendae praecessit. Decumbebat morbo Georgius Dux, Lutherò eiusque innouationibus et contra Papam ausis infensissimus. Is filius orbatus, qui patre haud mitiores uisi erant, non tam morbi dolore cruciabatur quam quod Henrico fratri, cui grata posteritas dedit Pii cognomen, quem euangelicae doctrinae amantem et studiosum uideret, prouincias esset relieturus.<sup>z)</sup> Postquam igitur de iis ad Ferdinandum transferendis et Bohemiae regno adiungendis consilia frustra agitasset, legatos misit ad Fratrem in oppido Mitweyda tum commorantem, qui nuntiarent, constituisse ipsum ei prouincias Misnicas, etiam nunc se uiuo, regendas tradere, si ab haeresi Lutherana uellet desiscere. Quid legatis ad ea respondit Henricus? *Amare se impense fratrem suum, et paratissimum esse amoris eius re ipsa dare significaciones: sed quae ad fidei doctrinam pertinerent, de iis caute se agere uelle.*<sup>u)</sup> O plenum grauitatis, constantiae ac sapientiae responsum. Narrant Henricum etiam acribus uerbis increpuisse legatos, quod eiusmodi conditiones tam absonas ausi essent ipsi proponere.<sup>x)</sup>

Mortuo decima Paschatos Georgio, qui animam agens solius Christi merito iam, non sanctorum deprecatione amplius nisi uolebat, sequuta est laetum Henrici pro bona causa responsum ante Pascha datum, laetior post Pascha rerum facies, lucis euangelicae

B 3

formationis per Misnicas terras negotium suscepisset, accitis ab Elefto Theologis nonnullis visitatoribus, *Iona, Spalatinus*, atiis, deletus est Misnensi in urbe cultus baaliticus, et praesente Principe, insigni tamen cum Pfugii tum capituli Decani, offensione tumba, Bennoni ante XV. an. de marmore posita, destructa est. *U. SECKENDORF* L. III. p. 221.

<sup>z)</sup> *FABRICIVS Orig. Sax. L. VII. p. 877. Cauerat testamento ne frater liberue eius sibi succederent, nisi nouam, ut nominabat, religionem abiicerent aut*

abiturarent — beredes suarum prouinciarum instituere parauit Carolus et Ferdinandus Caesares. *SLEIDANVS* I. XII. p. 203. de Statu Relig. et Reipubl. *MOLLERI Cbr. Friberg.* p. 220.

